



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Celestino confessore. Cap[itulum]. xx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

papa quinto apud auinionem. postmodum cano-
nizatur millesimo tricentesimo et tridecimo mi-
raculis eius in orbe ppalaris.

De sancto Elestino confessore. Cap. xx.



Elestinus confessor

et monachus floruit tempore theo-
dosii iunioris. Qui de monaste-
rio suo ad parentes in modum
libelli scripsit epistolam omni-
bus deum desiderantibus ne-
cessariam: sanctitatem conspicuam sermone lucu-
lentam. Cuius exhortatione vite ipsius perfe-
ctio deprehendi potest: quod uir sanctus non potuit
aliter docere quam uisiterit. hec uincetur in speculo.

De sancto Iuone presbytero. Cap. xxi.



Iuone presbyter et nouus

confessor apud trecheum. ciuitatem cla-
rissimam in diebus nostris canonizatus per
clementem papam. vi. hic ex bizantina patre habes-
toro: matre a zora sine carne nobilitate scilicet pol-
lentibus genitibus in uico uille martini iuxta trecho-
rensi. ciuitatem constituto nutritus ab annis infan-
tibus deuote deo seruire cepit. Qui anno xliij.
partius missus fuit: ubique in scientiis primiti-
uis optime fundatus ad studium aurelianensem. se trans-
tulit per sacre theologie et canonum scientiis acqui-
rendis: ubi tam studiorum gratia: quam scripturarum a uino
et lauris ferculis: ac delictis cunctis abstinuit:
et corpus macerans orationibus uacabat pud-
icitiam perpetuo seruans. Inde ab archidiacono re-
donense per iudicem curie postulatus gratis acce-
ptans officium ipsum cum multa charitate et sollicitu-
dine exercebat: et nihilominus quotidie ad lectio-
nem theologie intrabat: miserabilibus personis op-
pressis subueniens: iustitiam summopere fouens:
iniquis persequens: et discordes ad pacem reducens:
opibusque mente iugiter intendebar. De cuius fama
postquam ad episcopum trechorensem. uenit: ipsum in uinuer-
salem sue curie iudicem assumpsit. In quo officio
postquam aliquo tempore uirtuose se gessit: ad meliorem
uitam. scilicet contemplatiuam transire cupiens officio resi-
gnauit: et ecclesie parochialis de iohanne cuius
erat rector seruitio se proorsus mandauit. Pan-
nos delictos quos prius iuxta statum suum uestie-
rarat omnino dimisit: et uestes rudes albas et modici
precij induit: indeque habitum acie religiosum por-
tauit. Illic carnem domuit: cunctis ieiuniis ab
ecclesia indicis in pane uini et aqua ieiunauit: ce-
teris diebus mira corporis abstinentia macerauit.
orationi et contemplationi maioris temporis parte uacabat.
Aliquam integram septimanam solus in sua camera con-
templationi intentus perseverauit: nullo cibo corpo-
reo subsistens: qui tamen erigens nullam in facie debili-
tatem ostendit. Missam etiam diebus singulis celebra-
bat. Cuius aliquando corpus dominicum eleuaret: globus
igneus super caput eius cunctis uidentibus et stupen-
tibus apparuit. Pauperes in domo propria cha-

ritatiue suscipiens: eis largiter ministrabat: nec
nunquam sine pauperibus hospitibus esse uolebat. Nam
pauperum uero curam et sollicitudinem filius per nouem menses
in domo retinens eis de victu et uestitu prouidit.
Domum etiam quadam disposuerat iuxta suam cum le-
ctis et alijs necessarijs per suscipiendis egenis: qui
bus ipsemet in uillibus ministerijs obsequens sepe
cum eis in mensa comedebar: multis miraculorum si-
gnis effulsit. Cum autem aliquando in domo sua per ei uari-
um unicum panis solummodo reptus esset: et beatus
suo multis uentribus pauperibus subueniri uel-
let: vicario murmuranti medietatem panis dedit:
aita inter pauperes diuisit: medietatemque propria di-
uisa cunctis ad esum satisfecit. Cum autem in mensa
cum vicario predicto sederet mulier alias iuxta tres
panes maximos et cadidit uetro dei presentante:
et ab eo inuitata dum recubisset subito nullo modo
paruit. Alias etiam de unico solo pane quem ha-
bebat: infinitos quasi pauperes ad se uentres
refecit. Alias quoque pauperi elemosinam pe-
tenti cum nihil aliud dandum haberet caput suum pro-
buit: et discoopto capite transiens post iter medie
leuce idem caput in capite suo sibi repositum de-
uinit inuenit. Cum autem maxima fames regionem oc-
cupasset: ipseque famulis mandasset: ut frumen-
tum quod habebat in arca repositum pauperibus distri-
bueret: illique triticum quasi totum ex arca furto subla-
tum inuenissent: scilicet per se sumpsisset continuo liberaf-
redemptibus famulis arca frumento repleta inuenta
fuit. Mulier quaedam longa infirmitate detenta dum
secum discubere: et comedere non ualens uinum de cali-
ce quo ipse bibebat sumpsisset continuo liberaf-
Quaedam etiam uirum trahens a spiritu maligno exa-
tum in lectulo suo una sola nocte ad quiescendum secum
componens mane a demone ereptum ad propria reuul-
sit. Cum autem quidam homines per portum edificando trabes
plurimas congregassent ipsaque ligna nimis bre-
uia ad opus inuenta fuissent: oratione sancti trabes
ad loci sufficientiam plangere inuenerunt. Ad do-
mo cuiusdam signo crucis edito sine ulla rerum
amissione ignem penitus effugauit. Cum tamen domus
tota iam incendio consumeretur. Mater et filium du-
dum inter se discordes missam per eis celebrans
ad pacem reduxit. Pro ecclesia dei et pauperibus
contra magnates quosque se opponebat: et in cu-
ris iudicium per eisdem aduocatis intrepidus assu-
mebat: uerbes etiam et uicos circuitus uerbum domini so-
licitus predicabat: et multos ad penitentiam conuer-
tebat. Qui dum semel ad predicandum accederet:
et pontem quendam transire deberet: inuenit eum
ab inundante flumine occupatum: sed signo cru-
cis edito aque motus diuisus: et postquam sanctus
transiit subito ad statum pristinum reuertuntur.
Cum pauperem quendam uicerosum et despectum
ac habitu uilem ad mensam inuitalset: et ambo
in eadem scutella comederent: repente pauper
ille pulcher et splendidus et refectus induit: appa-
ruit: et post mortalem et oculis omnium euauit.
Alias etiam eidem ad mensam sedenti auis quaedam